

rem si non produceret Deus Pater, in æternum esset miserrimus; nunquam secum contentus, sed in perpetua anxietate & in cruciati- bus vivens. Præstigix hæ sunt Böhmiænæ, & a processu regenera- tionis nostræ Personarum divinarum actus personales & modos sub- sistendi extrema cum temeritate describunt. Quoniam enim (ajunt) anima in regeneratione luce indiget; ideoq; etiam Deus Pater in ge- neratione lucem & sapientiam suam accipit a Filio, sicut Filius Dei est lux fidei in regeneratis. Et porro, uti amor, acquiescentia, tranquillitas, gaudium in regeneratis est Spiritus Sanctus; Ita idem Spiritus S. amor, acquiescentia & lætitia est in Deo Patre. GRANUM DEI- STICUM, das eingesäete Senff-Körnlein / welches dem von auf- sen hinein-gebrachten Glauben entgegen gesetzt wird. Alii scin- tillulam nominant, omnibus hominibus implantatam: Barclajus semen, lumen, verbum internum: William Caton Geist/ Wort/ Sohn/ Ebenbild/ die Hand/ den Finger/ die Weisheit/ den Willen/ das Licht oder Gemüth Gottes / oder / wie man es nennen will. Weigelius im Gulden-Griff/ das Wort / scribit (quod ante ea librum internum appellaverat) ist die Weisheit Got- tes im Menschen; Es ist das Bildniß Gottes im Menschen; Es ist der Saame Gottes / das Gesetz Gottes / Christus / Gottes Reich; Es ist das Wort des Lebens in uns. GUSTUS FANATICUS est gradus viæ unitivæ, sine fide, & post immedia- tum Dei illapsum in animam perceptus, experimentalis, ita tamen, & cum ejusmodi paradoxo, ut experientiam dicant principium no- titiæ, non notitiam experientiæ.

H.

HALATIO, radius & imago divinæ virtutis putatur esse Sophia, das Hauchen / Strahl und Bild der Göttlichen Krafft / ein dreyeinig Hauchen / nach welchem Gott aus den 7. Quell-Gei- stern der Grund-Lehren Einigkeit den dreyeinigen Himmel ge- macht habe. Quod denuo est mysterium Böhmiæ, quo castius interdum ipsimet etiam Ethnici fuere locuti. HERMAPHRODI- TUM fuisse Adamum, principium foecunditatis in semet ipso ha-
ben-